

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Pauli Johannes Paulli

De Cholera, Theses Medicae

Rostochii: Reusnerus, [1601]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729694178>

Druck Freier  Zugang



R U. med. [1601]

Heinrich Paülli, Prae
Johannis Paülli, Esp.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729694178/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729694178/phys_0002)

DFG

ERA,
EDICÆ.

IDE
LLI MED. D.
ademia Rosto-
inario

abitur

PAVLLI
enfis.

o magno 21. Febr.



CHII 39
Christophori Reusneri. [1601]
N..



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729694178/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729694178/phys_0004)

DFG

S Y N Θ E Ω
DE
C H O L E R A,
THESES MEDICÆ.

Quas
P R A E S I D E

H E N R I C O P A V L L I M E D . D .
& Professore in Academia Rosto-
chienſi Ordinario

P u b l i c ē t u t a b i t u r
J O A N N E S P A V L L I
W i s m a r i e n f i s .

H a b e b i t u r i n A u d i t o r i o m a g n o 2 1 . F e b r .



ROSTOCHII [1601]
Ex Officina Typographica Christophori Reusneri. [1601]
76..



Amplissimis
Clarissimis
Prudentissimis

DNN.

AMPLISSIMÆ REIPUBLICÆ
WISMARIANÆ

CONSVLIBVS

SENATORIBVS

Dominis & Fautoribus
unicè colendis,

L. M. Q.

Obfero

JOANNES PAVLLI
WISMARIENSIS.

ROSTOCKI



DE CHOLERA

Thesis I.

NT E R affectus inferiorum viscerum, qui in his locis magna ex parte generationis suæ initium à prava victus ratione sumunt, frequentia & vehementia primas tenet χολέρα, ita Græcis & Latinis dicta.

2. Hac est ventriculi tūm per vomitum, tūm per dejectiōnem crebra & molesta excretio.

3. Nominis origo sive deducatur ἀπό τη χολή, id est, à bile, sive ἀπό τη χολαρδω, id est, ab intestinis, nihil repugnamus: quamvis liquidò constet non rariùs ab alia materia, quām à bile enormem hanc evacuationem concitari, & non ita ab intestinis, quām à ventriculo quidquam priùs exturbari.

4. Videtur quidem præcepis hoc & geminum malum, ventriculo atq; intestinis commune, & non inepte etiam, utrīsq; afflignari potest, dummodo illum primariò affici statuamus, hæc verò per consensum.

5. Cum enim hic non solus stomachus (ut in nausea, vomitu, singultu) sed simul pylorus violenter stimuletur, natura nimilà irritata, depravatè agere, & utrimque immoderatam ac subitam excretionem moliti cogitur.

6. In qua si quispiam vehementem & difficilem conatum consideraverit, quatenus ex tristi sensu ad expellendum movertur natura, recte erit cholera ventriculi symptoma, & quidem depravatè expultricis: si verò ipsam materiam quæ expellitur, in symptomatum exeuntium genere collocari poterit.

7. Duplicis autem cholerae meminit Hippocrates, humidae & aridae,

A 2

In

8. In humida (quæ propriè & absoluto nomine cholera appellari solet) liquidum aliquid tūm supernè tūm infernè excernitur. In arida venter inflatur, strepitus fiunt, & dolor tūm laterum, tūm lumborum: nihilque alvus dejicit, sed adstringitur.

9. Sed, cūm huic, propter spiritus flatuosos, qui interdum exeunt, & interdum retinentur, cholera nomen Galenus deneget, nos quoq; eam aliò vel ad ventriculi inflationem, vel colicam relegabimus, & incepsum sermonē de vera cholera pertexemus.

10. Hæc pro stimulo habet omnia quæ ventriculum lancinant, sed ut plurimum humores vitiosos.

11. Qui quidem variam repräsentant substantiam, sed frequentius, vel biliosi vel pituitosi conspicuntur.

12. Hi quamvis non parùm obesse queant copia sua, hīc tamen magis irritant ventriculum qualitate; quatenus acres, falsi acidi, amari sunt; aut aliam pravam qualitatem ratione alicujus corruptionis adipiscuntur.

13. Interdum autem aliunde in ventriculum influunt: aut ex toto corpore, ut in febribus malignis; aut ex parte aliqua, & potissimum, hepate, liene, cerebro. Interdum verò in ipso ventriculo nascuntur.

14. Hoc fit ex cruditate: quæ dupli modo, vel propter ipsum ventriculum, vel propter prava alimenta contingit.

15. Propter ventriculum quidem, quando vel nimis æstuans cibos corrumpit, vel refrigeratus non benè concoquit. Priore ratione nidorosas & acres materias, posteriore acidæ accumulat.

16. Huc pertinent aliae intemperies, & quævis faburra ventriculi: item abscessus, ulcera.

17. Rursus propter alimenta ventriculus variis quisquiliis repletur, quando sua natura concoctioni resistunt, vel promptè corrumpuntur, vel acria, acida, nitrosa, falsa, pinguia, oleosa, admodum dulcia, aut alia insigni qualitate prædicta vel flatulenta sunt, unde facillimè in bilem aliamq; materiam vitiosam transmutantur.

18. Talia præ cæteris sunt carnes porcellorum, bubulæ annosæ, caprinæ, lardum, maximè phocarum, cerebra animalium: item intestina, præsertim sanguine, cæpis, pipere & pinguedine infar-

3

infarcta: anguilla, esox, tincae, ova piscium, omnes pisces ex cœ-nosis lacubus capti: brassica, nasturtium, rapa, pisa, fabæ, raphanus, allium, cæpæ, sinapi, olivæ, cucumeres, pepones, nuces, ficus, o-mnes fructus humidiores, ut pruna recētia, cerasa dulcia, mora, persica; pira & pomafugacia, fungi, caseus præsertim putridus, mel, liba, & his similia.

19. Porro non tantum prava alimenta, sed etiam optima quæque propter varios errores extraneos corrumpuntur.

20. Atq; hoc primò propter ingluviem vcl inediā: In hac enim humores acres magis exacuuntur, & in illa nativus ca-lor suffocatur. Vnde Hippocrates ređe dixit, non satietas, non fa-mes, non aliud quidquam, quod naturæ modum excedit, bonum.

21. Secundò, propter intempestivum usum, ut si quispiam jentaculum devorat, antequam hesternam cœnam probè con-concoxit.

22. Tertiò propter præposteriorum ordinem, ut si adstrin-gentia, veluti cotonea primo loco ingerantur, & relaxantia, uti butyrum, ultimo: vel si concoctu difficultia præmittantur iis quæ facile concoctionem admittunt.

23. Quartò, propter malam præparationem, ut quando cruda sunt, ambusta, in cruce tosta, in sartagine frixa, bis cocta, sale macerata, fumo indurata, insuavia aut nimirū condita.

24. Quintò, propter peculiarem alicujus naturam, qua hoc vel illud alimenti genus abhorret.

25. Sextò, si quis variis & dissimilibus uno tempore vescitur.

26. Septimò, si ab aëre nimis refrigerata, vel saltē leni-ter in foco tepefacta assumit.

27. Sic etiam qui in potu committuntur errores, cholera promovoent, & imprimis nocet aqua cruda; palustris, stagnans, per plumbeos tubulos in urbes derivata; diu asservata: cerevisia crui-da, recens, turbida: mustum, vinum acidum vel acre, medicatum, ut claretum: aqua vitæ, spiritus vini vel juniperi: Lac per se, sed imprimis cum vino aut aliis acidis, ut cū fragis sumptum. Quæ o-mnia plus vitii attrahit, si diu in vasis metallicis recōdita fuerint.

28. Manifestissimè autem & vehementissimè præ omnibus dictis causis ventriculum in cholericam subversionem im-

pellunt venena quædam & pharmaca maligna, ut antimonium, helleborus, colocynthis, scammonium, coccognidium.

29. Restant aliæ causæ, quæ huic vitio occasionem aliquam præbere possunt: ut aër ambiens impensè frigidus, vel calidus: quies diuturna, aut motus corporis vehementior, præsertim post cibum: somnus itidem post cibum, longior, diurnus: Vigilæ immoderatae: Venus nimia: excrementorum retentio, mensium vel alterius evacuationis suppressio, vel largior profusio; lucubrations nimia, & intempestivæ, scilicet antè concoctionem absolutam: & similis balneorum usus: animi perturbationes, ut ira & mœror: natatio in aqua frigida, inunctiones importunæ. In summa, omnia quæ sinistrè adhibita, ventriculi actiones impedire aut labefactare, & ad corruptiones cibi vel humorum quovis modo juvare, atq; internas causas augere aut irritare possunt.

30. Signa cholerae satis patent, dum vomitus & dejectiones creberrimè recurrent.

31. Materia varia & foetida exit: ut cibi corrupti, humores aquosi, pituitosi, carnium loturæ similes: biliosi, citrini, virides, nigri. Hinc ægrotus conqueritur de acrimonia, aciditate, falsedine, nidore, foetore, alijavæ qualitate molesta quando vomit vel eructat.

32. Nec longè ab hoc malo absunt cardialgia, singultus, inflatio, tormenta ventriculi & intestinorum, syncope, convulsiones, præsertim in suris.

PROGNOSTICA.

33. Choleræ affectus est ferox & acutissimus, qui vel primo vel certè paucis diebus hominem abripit.

34. Æstate atq; autumno potissimum gignitur.

35. Viris juuenibus in primis familiaris est, & pueris: his tamen alia ratione quam illis.

36. Quando cum febre est, malum.

37. Summo in periculo res vertitur, si pulsus inæqualis & languidus est, & si syncope comitatur.

38. Spes sanitatis affulget ex vomitu intermittente.

39. Si materia intempestivè supprimitur, urinæ ardor, Epilepsia, paralysis, & alii nobilium partium gravissimi affectus superveniunt.

Cu-

CURATIO CHOLERA.

40. Malum hoc quam vehementer in præceps ruit, tam facile se retardari patitur, dummodò ad remedia lente festinemus

41. Et certè si unquam appositiè, hoc est, citò, tutò, jucundè curare oportet, illud hîc maximè requiritur.

42. Itaq; aëre priùs alterato, omnia circumspetè agemus: & si materia non satis commodè vel sufficienter expellitur, sed vertriculus molestè & continuè subvertitur, secundùm majorem in clinationem, aut per vomitum, aut per alvum fiat evacuatio.

43. Vomitus excitetur digito aut penna ad fauces injecta, sed priùs epota multa aqua dulci tepida: in qua interdum unus aut alter pugillus salis non incommodè dissolvitur.

44. Alvus promoveatur lenissimis purgantibus, ut Rhabarbaro in substantia dato, (quod interdum torrere utilissimum erit) vel myrobalanis, vel mechoaca.

45. Ad morsus intestinorum mitigandos, & excrementa educenda, injiciatur clyster ex juscule carnium, aqua hordei, oleo communi, amygdalino dulci, oleo rosaceo, saccharo rubeo, & aliis, quæ huic vel illi cacochymia magis competent.

46. Quando ventriculus satis mundatus est, corroboretur vino optimo, aut cum succe ribium temperato; vel vino rubeo adstringente, syrum cydoniorum, acetosæ, acetosifatis citri, granatorum: syrum de corticibus citri, mentha; aqua cinamomi: conserva rosacea, marmyllada: caryophyllis, mastiche cinamomo, cornu cervi ustò, corallis, speciebus aromaticis, &c.

47. Ex his per intervalla parùm offeratur: & pro materiæ peccantis & ventriculi conditione, affectusq; magnitudine, calida vel frigida, leviter vel fortiter fluxus sistentia eligantur, minuantur, augeantur, repetantur. Atq; hæc cautio in aliis remediorum generibus etiam observetur.

48. Extrinsecus proderit medulla panis tosta, vino mace-
rata, aromatum & aliorum medicamentorum adstringentium pul-
vere adpersa.

49. Fomenta (quæ inunctionibus præferuntur) fiant ex
absynthio, mentha, rosis, myrto, plantagine, balaustiis, caryophyl-
lis, & similibus, in vino vel aceto incoctis.

Ten-

6
50. Tententur quoq; frictiones extremarum partium ea-
rundemq; vincula dolorifica. Brachiorum quidem, si fluxus pro-
nior in inferiora; pedum vero, si in superiora.

51. Ab his auxiliis si cursus humorum nondum frenatur,
confugiunt practici ad cucurbitulas ventriculo apponendas.

52. Interea dum haec administrantur, nequaquam neglig-
ere oportet hepar, aliasq; partes, si forte ab illis materia influit; sed
vitiis eorum occurtere, fluxumque intercipere omni ratione ne-
cessa est.

53. Quando vehementia mali remittens inducias conce-
dit, et grotus summo studio quietus decumbat, & somnum captef,
quo nihil in hoc casu salubrius.

54. Tandem cum vomitus subsistit, & nutrire convenit,
offerantur cibi boni succi & facilis concoctionis, minimè flatuosi,
ut panis ex jure pulli gallinacei minimè pingui, vitellus ovi,
perdices, lepusculi, carnes agrinæ sine omni pinguedine.

55. Gelatina conveniet si paretur ex sandalis & acetosa, in
causa calida: ex cinnamomo, galanga, nuce muscata, in causa fri-
gida.

56. Si bilis humidiora requiriunt alimenta, detur ptisana
cum exiguo vino temperata, Lac amygdalinum inutile est, nisi
amygdalæ sint recentes, & diu maceratae in aqua frigida.

57. Haec sufficient circa quæ tamen observandū, ut flatuum
qui sèpissimè cum hoc malo conjunguntur, diligentissima ratio
habeatur, ut quæ eos discutiant prædictis admisceantur.

58. Sic etiam si venena & pharmaca maligna malum ex-
citabunt, vel si symptomata graviora, ut syncope & convulsio ad
se curationem vehementia sua pertrahent, tum recurratur ad
methodum curativam singulis destinatam.

F I N I S.



50. Tententur quoq; f
rundemq; vincula dolorifica, l
nior in inferiora; pedum vero

51. Ab his auxiliis si cu
consurgunt practici ad cucurbita

52. Interea dum haec ac
re oportet hepar, aliasq; parte
vitiis eorum occurtere, fluxu
cessit est.

53. Quando vehementer
dit, et grotus summo studio qu
quo nihil in hoc casu salubritate

54. Tandem cum vor
offerantur cibi boni succi & fa
ut panis ex jure pulli gallin
perdices, lepusculi, carnes ag
eas.

55. Gelatina conveniet
causa calida: ex cinnamomo
gida.

56. Si bilis humida
cum exiguo vino temperata
amygdalæ sint recentes, & d

57. Haec sufficiant, circ
qui sepiissimè cum hoc malo
habeatur, ut quæ eos discutia

58. Sic etiam si vene
citatibus, vel si symptomata
se curationem vehementia
methodum curativam singu

F I



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn729694178/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729694178/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn729694178/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn729694178/phys_0016)

DFG

infarcta: anguilla, esox, tincae, ova piscium, omnis lacubus capti: brassica, nasturtium, rapa, pisi allium, celeria, sinapi, olivae, cucumeres, pepone, mnes fructus humidiores, ut pruna recetia, cerasus, persica, pira & pomafugacia, fungi, caseus, mel, liba, & his similia.

19. Porro non tantum prava alimenta, quæque propter varios errores extraneos corrumpuntur.

20. Atq; hoc primò propter ingluviem vnde hac enim humores acres magis exacuuntur, & ior suffocatur. Vnde Hippocrates recte dixit, nomes, non aliud quidquam, quod naturæ modum.

21. Secundo, propter intempestivum usum jentaculum devorat, antequam hesternam concoxit.

22. Tertiò propter præposteriorum ordinamenta, veluti cotonea primo loco ingerantur, butyrum, ultimo: vel si concoctu difficultia præ facilè concoctionem admittunt.

23. Quartò, propter malam præparatum, cruda sunt, ambusta, in cruce tosta, in sartagine fumata, sumo indurata, insuavia aut nimis cuncta.

24. Quintò, propter peculiarem alicujus vel illud alimenti genus abhorret.


25. Sexto, si quis variis & dissimilibus uno

26. Septimo, si ab aere nimis refrigerata ter in foco tepefacta assumit.

27. Sic etiam qui in potu committuntur promovent, & imprimis nocet aqua cruda; paludum plumbeos tubulos in urbes derivata; diu astarda, recens, turbida: mustum, vinum acidum vel ut claretum: aqua vitæ, spiritus vini vel juniperi imprimis cum vino aut alis acidis, ut cù fragaria plus vitii attrahit, si diu in vasis metallicis

28. Manifestissime autem & vehementer dictis causis ventriculum in cholericam

A 3



the scale towards document

Patch Reference numbers on UTT
Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 123456789